

(1208) 1209, març, 7

*Saurina, viuda de Guillem de Campllong, ven i defineix a Ferrer de Cruilles els drets que té al mas Ruiria de Cruilles per 250 sous.*

ASD núm. 73, perg. orig., 90 x 172 mm.

Sit notum cunctis quod ego Saurina, uxor condam Guilielmi de Campolongo, gratis et ex certa scientia, non inducta dolo per me et per omnes meos uendo, difinio et concedo tibi Ferraria de Crudilias et tuis perpetuo omnia illa iura que habeo uel habere debeo tam donatione propter nuptias quam ratione pignoris uel alio modo in illo manso de Ruyra qui est in parroecia Sancte Eulalie de Crudiliis, ita quod de cetero nec ego nec aliquis pro me uel meorum possim unquam aliquid exigere in predicto manso uel pro predicto manso nec ratione dotalis peccunie quam predictus Guilielmus uir meus condam assignauit mihi super predicto manso cum quibusdam aliis honoribus, nec ratione uiolarii siue usus fructus nec alio modo, set predictus mansus cum omnibus et feminis et cum omnibus suis tenedonibus et pertinentiis sit tuus solutus et liber, sine omni meo meorumque retentu ad omnes tuas tuorumque uoluntates faciendas sicut melius <lici uel intelligi potest ad tuam tuorumque utilitatem, pro qua uenditione et difinitione seu cessione confiteor me recepisse in solidum exceptioni non numerate peccunie renunciando .CCL. solidos barchinonenses.

Actum est hoc nonas marci anno Dominice Incarnationis .MCCVIII.

Sig+num Saurine, sig+num Bernardi de Sancto Genesio, frater eius qui hoc firmam us firmari<sup>1</sup> que rogauimus. Sig + num Guilielmi de Fuxano. Sig+num Geralli de Turrudella. Sig+num Raimundi Gili. Sig+num Poncii de Turrudela.

(s. *man.*) Petrus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

l. Finnari, *reiterat.*

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 181-182